enim non est homo viuens tamen: sed est ipsa vita. Job. j. a. Vita erat lux hominum. Et. xiij. a. Ego sum via veritas & vita. Quintus defectus est instabilitas. Unde sequitur: e Verumtamen &c. Et est hic secunda pars: in qua agit de casu & transitu hominis. Supra dixit: Omnis homo viuens &c. Et posset aliquis stultus dicere: Non curo si vanitas sum dumodo viuam: & in vanitate suauem est mihi viuere. Hoc excludit hic: Dico: Vt uens. Verumtamen non diu viuit: quia f In imagine: id est ad modum imaginis quod videt in speculo et statim disparet: g Pertransit homo cito moriens. Transiens quidem quotidie: sed pertransit in morte: id est perfecte & ex toto transit: quia nec ipse videtur nec de eo etiam vestigium aliquod in memoria habetur: sicut imago in speculo. Ps. Perijt memoria eorum cum sonitu: ad litteram campanarum. Job. xx. b. Transit sicut visio nocturna: oculus qui eum viderat non videbit eum: nec vltra tenebit eum locus eius. Sextus defectus est mentis perturbatio. Unde addit: h Sed et frustra conturbatur: quasi cito pertransit: & ideo in paruo tempore vitę suę deberet vel quiescere vel laborare pro vita æterna. Hoc autem non facit: sed et. i. etiam conturbatur frustra: id est pro nihilo: quia pro transitorijs quę nihil sunt. Bern. Timent quę non oportet: amant quę non decet: dolent vane: gaudentque vanius. Prouerb. xv. c. Conturbat domum suam qui sectatur auariciam. Et hoc frustra: Quia vt dicitur Prouerb. xj. d. Qui conturbat domum suam possidebit ventos. Aliter potest exponi versus iste: Dixi quod d Vniuersa vanitas omnis homo viuens. Verumtamen licet sit vanitas factus tamen est ad imaginem. Et f In illa imagine pertransit homo ad peccatum. Sed contrarium videtur esse illud quod dicitur in alio Ps. Imaginem ipsorum ad nihilum rediges. Sol. Est imago triplex: Creationis recreationis similitudinis: sicut dicitur in Glo. super illum versum: Signatum est super nos lumen vultus tui domine. Imago creationis est in qua creatus est homo scilicet ratio. In hac pertransit homo: quia non amittit homo eam quantumcumque malus sit: quam habet etiam diabolus. Imago recreationis est per quam reformatur imago creata scilicet dei gratia: quę menti reparandę infunditur: Hanc amittit homo per peccatum: Et de hac verum est quod dicitur: Imaginem ipsorum ad nihilum rediges. Imago similitudinis est ad quam factus est homo: quia factus est ad imaginem & similitudinem non patris tantum vel filij: sed totius trinitatis. Item est imago dominationis: qua differt homo ab angelis: Ei enim datum est pręesse piscibus maris & volatilibus cęli & vniuersis animantibus quę mouentur super terram: vt dicitur Gen. j. d. Est etiam imago principij: quia sicut omnia a deo sunt vt a causa efficiente: sic ab vno homine omnes vt a materia. Et est imago conformitatis naturalium: quia homo est animal mansuetum natura. Et nota quod in hoc verbo pertransit: componentia sunt tria scilicet per. trans. it. Quia homo per peccatum non tantum it sed transit & pertransit. Jt enim & recedit a deo in consensu mentis. Ps. Spiritus vadens & non rediens. Ps. Ibunt in adinuentionibus suis: Quia mens vadit de desiderio in desiderium: transit autem in opere: pertransit in obstinatione vel desperatione. Nos autem econtrario eamus de virtute in virtutem: transeamus de mundo ad religionem: pertranseamus de actione ad contemplationem. De primo itinere Ps. Ibunt de virtute in virtutem. De transeundo ad religionem dicitur Esa. xlv. c. Sabaim viri sublimes ad te transibunt & tui erunt: Post te ambulabunt vinctis manibus & te adorabunt teque deprecabuntur: tantum in te est deus & non est absque te deus. Sabaim interpretatur conuertentes & clamantes: Et significat religiosos: qui sunt viri fortes corde: sublimes virtute: conuertentes se ad deum non per accidens nec per contraposi-

De casu et transitu hominis.

Al. †Ecce — Al. †ambulet — Al. †tu vane

Ps. 9.

Alit.

Imago multiplex.

Ps. 4.

In verbo pertransit sunt tria componentia.

Ps. 77. — Ps. 80.

Ps. 85.

tionem: sed simpliciter in toto corde. per obedientiā: in toto corpore/per diuersam carnis afflictionē: in totis rebus suis/ per abrenūciationē spiritus. Itē clamantes/p ꝓdicationē. Esa. lviij. a. Clama ne cesses ꝛc. Qui ergo dñe ad te transibūt: ꝛ tui erūt/nō sui. Job. j. a. Sui eū nō receperūt. Post te ābulabūt: abnegātes semetipos ꝛ tollētes crucē suā vinctis manibus: qz nō suā sed tuā voluntatē facientes: Te adorabūt inclinātes: teq; deꝓcabunt/orantes: Quare? Quia tm̄ in te est deus. i. nō fecerūt sibi aliū deū: sicut multi facūt sibi ventrē deum. Phil. iij. d. Quor de⁹ vēter est. Nec diuitias/ Matth. vj. c. Nō potestis deo seruire ꝛ māmonę. Nec baal. i. supbiā: Nec beelphegor. i. libidinē: ꝛ sic de alijs. Aug⁹. Quod vnusq̄sq; colit ꝛ venerat/hoc sibi deus est. De ꝓtranseundo dicit in Ps̄. In flumine ꝓtransibunt pede: ibi lętabimur in ipso: in flumine videlicet tribulatiōis. De quo Matth. vij. d. Venerūt flumina ꝛ flauerūt venti. In hoc flumine positi scti ꝓtranseūt pede affect⁹/ ad ꝓtēplandū ꝓmiū. Heb. xj. e. Fide moyses grandis factus: magꝭ eligit affligi cū ꝓplo dei/ q̄ ꝓtalis pcti habere iocūditatē: aspiciebat em̄ i remunerationē: Ufi etiā fluminis ipet⁹ impellūt sctos ad ꝓtrāseundū: qz dū sancti hic nō habēt nisi tribulationē/cogunt suspirare ad sinū quietis ęternę. Greg⁹. Dala q̄ nos hic premūt/ad deū nos ire compellunt. Gen̄. vij. c. Multiplicatę sūt aquę/ ꝛ eleuauerunt arcā in sublime a terra. Ibi. i. in transitu illo/lętaberis in ipo deo/nō in mundo. Sz et frustra cōturbatur. q. d. et si pertranseat in imagine vt ei remaneat imago: tm̄ parū valet ei: quia turbat ꝛ deturpat eā per sollicitudinē temporaliū. Eccē. vij. d. Hoc inueni q̄ fecerit deus hominē rectū/Ecce imago. s. ratio qua deberet erigi ad superna: Et ipse se immiscuit infinitis quęstionibus/Ecce conturbatio. Hoc autem non vtiliter/sed frustra: quia sicut dicitur Prouerb. x. a. Nihil proderunt thesauri impietatis: iusticia vero liberabit a morte. Aggei. j. b. Qui mercedes congregauit/misit eas in saccum pertusum. a Thesauriçat. Supra habuimus sex defectus siue miserias quę sunt causę quare transilire debet homo: Hic aūt ponit septima causa siue miseria. s. labor acquirendi res temporales. Ufi dicit: Thesauriçat/ad litterā. i. thesauros congregat. Dicit em̄ thesaurus/a thesis q̄ est positio/ꝛ aurum. Unde thesauriçare/est aurum ponere. s. in arca vel in terra. Matth. vj. c. Nolite thesauriçare vobis thesauros i terra. Eccē. v. a. Noli attendere ad possessiones iniquas. Eccē. xxxj. a. Qui diligit aur̄/non iustificabitur. Moraliter/ thesauriçant multi: non in cęlo: sed in terra: vbi herugo ꝛ tinea demolit: ꝛ vbi fures effodiunt ꝛ furant. Hi sunt qui ponunt aurum sapientię suę in mundanis: vbi est herugo. i. curę mūdi consumentes: ꝛ tinea concupiscentię/quę carnē consumit: ꝛ fures ꝛ dęmones. De quibus tribus. j. Joh. ij. c. Omne quod est in mundo/concupiscentia carnis est/ꝛ concupiscentia oculorū/ ꝛ superbia vitę. Et ideo taliū sapientia nō est desursum descendens: vt dicit Jacob. iij. d. sed terrena/animalis/ꝛ diabolica. Octauus defectus siue causa transiliendi est: quia nescit diues quis succedet ei in diuitijs suis. Unde sequitur: b Et ignorat cui cōgregabit ea. Eccē. ij. c. Detestatus sum omnem industriā meam qua sub sole studiosissime laborauī/habiturus hęredem post me: quem ignoro vtrum sapiens aut stultus futur⁹ sit. Hoc autē pręcipue clericis cōpetit: qui ignorant cui congregant: nō em̄ habent determinatos hęredes sicut laici. Ufi de ipsis proprie dicit Eccē. vj. a. Est aliud malū quod vidi sub sole: ꝛ quidem frequens apud homines: vir cui dedit deus diuitias ꝛ substantiā ꝛ honorem: ꝛ nihil deest animę suę ex omnibus quę desiderat: nec tribuit ei potestatem deus vt comedat ex eo: sed homo extraneus vorabit illud. Viris em̄ ecclesiasticis dedit deus diuitias ecclesię: quas propio sudore ꝛ sanguine/tam suo q̄ martyrum acquisuit: Non ipsi labore ꝛ sudore suo acquisierunt eas/sicut laici acquirunt suas diuitias. Et dedit illis illa tria: scilicet/diuitias/substantiam/ꝛ honores. Diuitias scientię ꝛ eloquentię: Substantiam rerum: Honores dignitatum ꝛ prelationū. Qui ergo ita ignorat cui congregat: stultum se esse demonstrat: sicut dicit dominus/Lucꝭ. xij. c. de illo diuite q̄ dicebat: Quid faciā/quia non habeo quo congregē fructus meos. Et ibi sequitur: Dixit autē illi de⁹: Stulte hac nocte repetēt aiam tuā a te: ꝛ q̄ parasti cuius erūt? Ideo dicit Boet⁹: Tūc solū pciosa est pecunia: cū trāslata ī alios vsu largiēdi desinit possideri. Determinatꝭ miseriis ꝛ defectibus quę sunt causę transiliendi ad deum: ostendit se ad deū transilire spe ꝛ desiderio. Unde dicit: c Et nunc. i. ex quo tot sunt ī mundo miserię ꝛ defectus: d Quę est expectatio mea: nōne dominus? q. d. sic: Ac si dicat: nolo in pręsenti ditari: sed expectabo vt ipsum dñm habeam ī possessionem. Phil. iij. d. Saluatorē expectamus dominū nostrum iesum christum ꝛc. Alia littera: Prestolatio mea tu es. Prouerb. x. d. Expectatio iustorum lętitia. Probatio aūt q̄ expectatio mea est dominus/habetur ex hoc quod sequitur: e Et substantia mea apud te est. i. thesaurus meus est in cęlo. q. d. multa bona opera feci/non pro fauore hominū aut aliquo tēporali emolimento: sed pro cęlestibus. Matth. xix. c. Vade et vende omnia quę habes/ et da pauperibus: ꝛ habebis thesaurum ī cęlo. Ecce/substantia apud deū. Prouerb. x. c. Substantia diuitis/ vrbs fortitudinis eius. De substantia autem malorū dicitur in Ps̄. Substantia mea in inferioribus terrę. Et potest in hoc versu notari duplex stola/quam iustus expectat. Stola animę/ cū dicit: Quę est expectatio ꝛc. Stola corporis/cū subiungit: Et substantia mea apud te est. Item posset esse thema in aduentu domini: Et nunc quę est expectatio mea ꝛc. Gen̄. xlix. b. Ipse erit expectatio gentium. Et ibidē. c. Expectabo salutare tuū dñe. Et notādū q̄ antiqui pres expectabant dñm. Primo vt doctorē/Osee. x. d. Tps aūt requrēdi dñm cū venerit: q̄ docebit vos iusticiā. Ufi q̄si iā post aduentū ei⁹ dic Jobel. ij. f. Exultate ꝛ lętamini in dño deo vro: qz dedit vobis doctorē iusticię. Hoc primū desideriū exprimit in aduentu/ī primo O: quod est/O sapientia. Ubi habetur ī fine: Veni ad docendum nos viam prudentię. Et sumitur de Lucꝭ. j. g. vbi dicitur: Ad dandam scientiam salutis plebi eius ꝛc. Hoc autem primum O sumit de Ecclesiastico. xxiiij. a. Secūdo expectabāt eū vt redēptorem. Ps̄. Redemptionē misit dominus populo suo. Bursa in q̄ reposita fuit ista redemptio/fuit beata virgo: Et significatur hoc in secundo O: quod est/O adonai. Et sumit de Judith. vltꝭ. c. Qui moysi in igne flāme rubi apparuisti/ Ecce redemptio in bursa. Unde subiungit: Veni ad redimēdum nos in brachio extento. Tertio vt liberatorem a limbo. Zach. ix. c. Tu vero in sanguine testamenti tui eduxisti vinctos de lacu in quo non erat aqua. Quod significatur in tertio O: quod est/O radix iesse. Et sumitur de Esa. xj. a. Et in fine subiungitur: Veni ad liberandū nos ꝛc. Quarto vt liberatorē a carcere peccatorū. Thren. iij. f. Lapsa est in lacū aia mea: posuerūt super me lapidem. Hoc desiderium exprimit in quarto O: q̄ō est/O clauis dauid. Et sumit de Esa. xxij. g. Et subiungit ibi: Veni ꝛ educ vinctū de domo carceris/sedentē in tenebris ꝛ in vmbra mortꝭ. Et sumit hoc de Esa. xlij. b. vbi dicit: Dedi te in fędus populi/ꝛ in lucem gentiū: vt aperires oculos cęcorū/ꝛ educeres de conclusiōe vinctum: de domo carceris sedentes in tenebris. Quinto/vt illuminatorē cordiū. Lucꝭ. ij. c. Quod parasti/ante faciem omnium populorum: lumen ad reuelationem gentium ꝛc. Hoc exprimit in quinto O: quod est/O oriens. Et sumit de Zach. vj. d. Et ibi subdit: Et splendor lucis ęternę: Et sumitur de Sap̄. vij. d. Et subiungit: Veni ꝛ illumina sedentes in tenebris ꝛ in vmbra mortꝭ. Et sumit de Esa. ix. a.

Ps̄. Exortum est

57. dis. c. nōne.

a Thesauriçat ꝛ ignorat cui cō/
b gregabit ea. Et nunc q̄ est
c expectatio mea/nōne dñs? ꝛ
d
e substantia mea apud te est.

Ufi dicit thesaurus.

Moraliter.

Ps̄. 65.

Ut. fak te

Boet⁹ li. 2. de cōsol. pl. 5.

Ps̄. 138.

Thoms in aduentu domini.

Qualiter ātiqui patres expectabāt dñm ebrdā respectib⁹ notant in antiphonis incipiēt ab O.

Ps̄. 110.

Ps.111. Ps. Exortũ est in tenebris lumẽ rectis corde. Sexto / vt p/ tector ẽ contra hostes. Esa. xix. d. Mittet eis saluatorem ⁊ ꝓpugnatorẽ qui liberet eos. Hoc petit in sexto O: quod est/ O rex gẽtiũ. Et subiungit: Et desiderat eoꝝ: Quod sumit de Aggei vltl. b. Et in fine dicit: Veni saluare hominẽ ⁊c.

Sicut ergo antiq̃ patres dominũ expectauerunt venturũ in carne: ita ⁊ nos expectamus venturũ ad iudicium / vt remunerat orem ⁊ saluatorẽ: Ad petim⁹ in septimo O: Ad est / O emanuel/ rex ⁊ legifer noster ⁊c. veni ad saluandũ nos ⁊c. Sed quia auxilijs sanctorũ indigemus/ in pr̃esenti ⁊ ĩ futuro: ideo de sanctis ad/ duntur duę alię antiphonę: Vñ octauum O est / O thoma didyme. In quo subiungit: Succurre nobis miseris / ne damnemur cũ ipijs in aduẽtu iudicl. Nonũ O est / O virgo virginũ. Et bñ ĩmediate añ natiuitatẽ dñ / O virgo virginũ: qz de virgine nat⁹ est ille desiderat⁹ dñs: de q̃ hic dicẽ trãsiliẽs: Et nũc q̃ est expectatio mea: nõne dñs? Sz qz nõ ẽ ita expedit⁹ ad trãsiliẽdũ / q̃ nõ aliq̃ petõ ipediat: iõ petit dicẽs: a Ab oib⁹ iniq̃tatib⁹ meis erue me. Ab oibus. i. a trib⁹: videlicet / a supbia / auaricia / luxuria: De quib⁹ Esa. xxiij. c. Formido ⁊ fouea ⁊ laqueus sup te / qui habitator es terrę. Formido refert ad auaricia: Vñ dicit Seneca de auaro: Videt diuitẽ ⁊ estimat prędonẽ: videt pauperẽ / ⁊ suspicat furẽ. Fouea / ad luxuriaz. Prouerb. xxiij. c. Fouea pfunda meretrix. Laqueus / dicit subtilis temptatio supbię.

Ps.139. Ps. Absconderũt superbi laqueũ mihi. b Erue me: q̃/ si cũ violentia. Job. j. d. Ecce qui tollit peccata mundi. Postea ostendit merita sua. Primũ est patientię: De quo dicit: c Opprobriũ insipienti dedisti me: qz stulti deridẽt vere transilientẽ. Insipiens autẽ ꝓprie est diues: de quo in

Ps.48. Ps. Simul insipiens ⁊ stultus peribunt. Et tales deridẽt illũ qui diuitias ⁊ mundũ contemnit. Job. xij. a. Deridetur iusti simplicitas: lampas contempta apud cogitationes diuitũ. Seneca. Nondum felix es / nisi tota te turba deriserit. Post ostdit scdo meritũ mãsuetudinis / cũ subiũgit: d Obmutui et nõ aperui os meũ. Sicut enim dicit Glo. sup Matth. v. mitis siue mansuetus non irritat / nec irritatur: Et ideo bñ dicit: Obmutui / interius nõ irritat⁹. e Et nõ aperui os meũ: exterius nõ irritans alios. Nec melius repũnit aut confundit exprobrãtiũ insipientia / q̃ tacẽdo / ⁊ patienter ⁊ mansuete sustinendo. Vñ. j. Pet. ij. c. Ut bñfaciẽtes obmutescere faciat / imprudentiũ hominũ ignorantiã. Et post addit: Hęc est enim gratia si propter dei conscientiã sustinet quis tristicias patiens iniuste. Et quia licet patienter sustineat: tñ quia a se patientiã nõ habet: ⁊ quantũ ex se est / deficere timet: ideo petit hęc a se amoueri: Unde subiungit: f Qm̃ tu fecisti / amoue a me plagas tuas. q. d. quoniã tu: nõ ego: fecisti mihi / vt nõ patienter rnderẽ / aut mumurarẽ: ideo ne p me ferre nõ valeã / amoue ⁊c. Vl sic / Quoniã tu fecisti / pmissiue / plagas: Unde addit: tuas: Ideo / g Amoue. q. d. bene potes amouere: quia tu fecisti. Omis enim plaga est a domino permittente: ⁊ si diabolus inferat eã: Sicut patet Job. ij. b. q̃ a diabolo percussus est: Et tñ dicit Job. ix. d. Auferat a me virgã suã. Et. xiij. c. Manũ tuã longe fac a me. Et vocat plagas / oꝓprobria ⁊ detractiones: sicut Eccl. xxviij. c. Flagelli plaga liuorẽ facit: plaga autẽ linguę cõminuet ossa. Et necesse habeo vt amoueas: Quia h A fortitudine man⁹ tuę. i. a graui flagellatione tuę potentię: i Ego defeci

a Ab omnibus iniquitatib⁹
b meis †erue me: ôpprobriũ ĩ/
c sipiẽti dedisti me. †Obmũ/
d tui ⁊ non aperui os meum/
e quoniam tu fecisti: amoue a
f me †plagas tuas. A fortitũ/
g dine manus tuę ego defeci
h in †increpationib⁹: †prop̃ter
i iniquitatem corripuisti ho/
k minẽ. Et tabescere fecisti sic
l araneã animã eius: verũtũ
m vãne cõturbat omis homo †.

Al. †eripe. †Obstrdat
Al. †flagella ma.
Al. †argutio/ nibus.
Al. †p iniqu/ tate eruditi.
Al. †viuens.

in increpationibus. i. in flagellis / quantũ in me est. Job vj. b. Quę est fortitudo mea vt sustineam? De fortitudine domini / dicit Job. ix. c. Si fortitudo quęritur / robustissim⁹ est. Et. xxiij. b. Nolo multa fortitudine contendat mecum: ne magnitudinis suę mole me premat: proponat ęquitatem contra me: ⁊ perueniat ad victoriã iudiciũ meum.

Ad pugnãdũ. Ps. Man⁹ tua gẽtes dispdidit. Ro. viij. f. Si deus p nobis q̃s ꝓtra nos? Ps.45.
Ad flagellandũ: vt hic. Et Heb. x. f. Horrendũ est incidere in manus dei viuentl.
Ad ꝓtegendũ. Esa. xlix. a. In vmbra manus suę ꝓtexit me.
Fortis est dñs — Ad tenendũ. Deut. xxxij. f. Nõ est q̃ de manu mea possit eruere. Job. x. f. Nec rapiet eas quisq̃ de manu mea.
Ad portandum. Esa. xl. c. Quis mensus est pugillo aquas: ⁊ cęlos palmo ponderauit?
Ad dominãdũ. Esa. xl. c. Ecce dñs de⁹ ĩ fortitudine veniet ⁊c.
Ad saluandũ. Esa. xliij. b. Ego sũ: ego sum: ⁊ nõ est absq̃ me saluator.

De increpationibus / Job. xxxiij. c. Increpat quoq̃ p dolorem ĩ lectulo. Et vere / in increpationibus / k Propter iniquitatẽ corripuisti hominẽ. i. humanum genus: ⁊ me inter eos. Increpationibus / dicit pluraliter: quia est increpatio verboꝝ ⁊ verberũ / exemplorum ⁊ peccatorũ: quibus omnibus corripit dñs. De prima dicit. ij. Timoth. iiij. a. Argue / obsecra / increpa. De scda / Job. xxxiij. c. Increpat quoq̃ per dolorẽ in lectulo. De tertia / Job. v. c. Increpationẽ domini ne reprobes. De quarta / Hiere. ij. d. Auersio tua ĩcrepabit te. Per h q̃ dicit: Propter iniquitatẽ: tangit iusticiam: quia nõ iniuste factũ est / sed propter peccatũ hominis. Per hoc q̃ dicit: Corripuisti / tangit dei misericordiam: qui verberat non ad perdendũ: sed ad corrigendũ: vt patet Prouerb. iij. b. Quẽ enim diligit dominus / corripit. Increpatio quadruplex.

Corripit autẽ deus hominẽ multis modis. Primo / ostendendo opera eius esse inutilia. Unde subiungit: l Et tabescere fecisti sicut araneã aiam eius / scz hominis. i. tabefactã ostendisti / ad modũ araneę. Vel / fecisti. i. permisisti. q. d. ostendisti ei. i. homini: quod tabe miserię plenus: ⁊ sine humore virtutum / euiscerauit se in congregatione terrenorũ inutilium: sicut aranea euiscerat se in telis suis inutilibus. Esa. lix. a. Telas aranearum texuerũt. Propt̃ hoc dicit Job. viij. c. Non et placebit vęcordia sua: ⁊ sicut tela aranearũ fiducia eius. Uęcors enim dicitur. i. sine corde: quia proiecit cor suum in terrenis. Unde Eccl. x. b. Nihil iniquius q̃ amare pecuniam: hic enim ⁊ animã suã vęnalem habet: quoniã in vita sua proiecit intima sua. Secũdo corripit deus hominem / pr̃esentes iocunditates amaritudinibus respergendo. Unde addit: m Ueruntamẽ: hoc est / insuper: n Vane conturbat omnis homo: id est pręter hoc q̃ in huiusmodi sollicitudine temporali est vanitas / est etiam conturbatio: quia est labor in acquirẽdo: timor in possidẽdo: dolor in amittendo. Et bene dicit: Omnis homo / nullo excęptio: propter paucitatẽ eorum q̃ possunt excipi: qui quasi nulli sunt in respectu aliorũ. Hiere. vj. c. A minore vsq̃ ad maximũ omnes auaricię student. Potest aũt propꝛie de inuido exponi q̃ dicitur: qui tabescit de bonis aliorũ: l Et tabescere fecisti ⁊c. Seneca. Utinã in omni ciuitate oculos haberent / scz inuidi: vt de bonis omnium rorquerent. Sap. vj. d. Neq̃ cũ inuidia tabescente iter habebo. Item de hypocritis. Unde dicit. ij. Regl. xiij. d. Dãsit thamar tabescẽs in domo absalon. Thamar enim: id ẽ amaritudo pęnitentię / tabescit in domo absalon: q̃ interpretat pax patris: tñ fuit bellũ patris sui: Vñ significat hypocritam: quia vnũ pr̃etẽdit in nomine: ⁊ contrariũ exequit in operatione. Fuit etiã absalon speciosissimus extra in corpore / ⁊ deformissimus intra in anima: sic hypocrita. Item ⁊ de auaro: sm quod prędictum est: qui araneę comparatur propter multas propꝛietates: quę notantur his versibus:

De inuidis.

De hypocrit.

Auar⁹ cõpat aranee.

Grossa retro/

Uersus. Grossa retro/succincta/breuis/virus/timet ignē. Pro mus/cis/pendēs/viscere texit opus. Hęc omnia competūt aua/ro. Est eñ grossus retro.i.inflatus a posterioribus/scilicet terrenis.j.Cor.iiij.d. Cognoscam nō sermonem eorū qui inflati sunt/sed virtutē. Item succinctus est.i.parcus. Eccl.xj.c. Hāducabo de bonis meis solus. Et in eodem: Est qui lo/cupletatur parce agē/do. Item breuis est: quia charitatē nō ha/bet/quę est quantitas aię. Unde Prouerb. j.c. Usq̄q̄ paruuli di ligitis infantiam ꝛc. Item virus habet p iracundiā ꝛ litem. Jacob.iij. c. Plena veneno mortifero. Ps. Uenenum aspidū sub labijs eorū. Timet ignem: ad lit/teram: ne res suę comburant: Uel ignē prędicatiōis. Hiere. v.d. Ecce dedi verba mea i ore tuo in ignē. Item p musc̄ labo/rat.i.pro temporalibus: quę vt muscę cito auolāt. Job.xx. b. Uelut somniū auolans nō inueniet. Ps. Dormierūt sō/nū suū: ꝛ nihil inuenerūt oñes viri diuitiarū in manibus su/is. Item suspendit se per ambitionē: sicut iudas/qui laqueo se suspendit: Matth.xxvij.a. Uiscere texit opus suū/sic p̄/dictum est. Unde Esa.lix.a. Telas aranearū texuerunt ꝛc.

Ps. 13.

Ps. 75.

a ¶ Exaudi orationē. Tertia pars: in qua p̄mo petit deū sibi adesse inter p̄dicta mala. Et p̄mo supplicat voce/cū di/cit: Exaudi.i.efficacit audi/orationē meā dñe. Scōo/mentis deuotione/cū subiūgit: b ¶ Et deprecationem meā. Tertio/lachrymarū effusione/cū addit: c ¶ Aurib⁹ pcipe lachrymas meas.i.diligent attende lachrymas/quas/licet transiliēs/effundo p̄ incolatu huius miserię: ꝛ pro dilatione patrię. Itē nota q̄ oro ꝛ deprcatio dicūt duos ter/minos: Oratio eñ est ad bonū acq̄rendū: deprecatio ad ma lū amouendū: lachrymę vo ad vtrūlibet q̄si cōdimentū. Sz quō possunt lachrymę auribus percipi? Sol. In hoc innuit q̄ apud deum idē est audibile ꝛ visibile. Threñ.ij.f. Deduc q̄si torrentē lachrymas: ꝛ nō taceat pupilla oculi tui. Eccl. xxxv.c. Lachrymę viduę descendūt ad maxillā: ꝛ exclama/tio ei⁹ sup deducentē eas. Nos autē debemus effundere la/chrymas quadruplices.s.p peccatis p̄ris: p pctis alienis: p incolatu huius miserię: p dilatiōe patrię. Primę lachry/mę petūt veniā: Scōę/dęmētiā: Tertię/ p̄solationē: Quar/tę/ p̄missor exhibitionē. Sed posset modo ei dñs respōde/re: Quid petis: qz oras/ꝛ deprecar̄/ꝛ lachrymar̄? Uñ ipse aperit quid petat.s.iocunditatē mentis: dicēs: d ¶ Ne si/leas/O dñe: sed sicut dicit Cant.ij.d. Sonet vox tua in auribus meis. Loquit aūt dñs pacē/quę iocundā reddit cō/scientiā. Ps. Audiā q̄d loquat i me dñs de⁹: qm loquet pa cē i plebē suā. Uere i plebē suā: q̄ sua/nō diaboli ē. Uñ ad/dit: Et sup sctos suos ꝛc. Et b allegat h ille transiliēs: dicēs: Ne sileas ꝛc. q.d. oia ista reliqui tpalia: regnū huius mū/di/in q̄ natus sum filius irę/reliqui ꝛ cōtemno: vt te sequar. Et ostendit hic duplex meritū. Primū est transitus de reg/no mundi/ad regnū christi: Q̄d notat cum dicit: e ¶ Quia aduena ego sū: a regno mundi: f ¶ Apud te/morās/p spem ꝛ desiderū. Aduena eñ dicit/qui de patria sua rece/dens/alibi morat. Scōm meritū est transit⁹ de virtute i vir tutē: Q̄d notat cū dicit: g ¶ Et peregrin⁹. Peregrinus eñ vadit de hospitio in hospitiū/donec pueniat ad locū q̄ tendit: Sic facit q̄ bñ transilit. Ps. Ibunt de virtute in vir/tutē: donec videbit deus deor in sion/Ecce terminus pere/grinationis. Primū meritū ptinet ad incipientes: Secundū ad pficientes. Or autē addit: h ¶ Sicut omnes p̄res mei: pertinet ad pfectos. q.d. Non ad horā vel ad modicū sum aduena ꝛ peregrinus: sz simpliciter ꝛ pfecte/sicut om/nes patres mei. Deut.xxxij.a. Perfectio tua ꝛ doctri/na tua a viro sancto tuo quē p̄basti in temptatione ꝛc. Eccl. xliij.c. Hoe inuentus est pfectus iustus. Hęc tria tangunt

Ps. 84.

Ps. 13.

Ps. 85.

Quadruplices lachrymas debem⁹ effudere.

a ¶ Exaudi orationem meā do/
b mine ꝛ deprecationem meā:
c aurib⁹ pcipe lachrymas me
d as. Ne sileas† qm† adūena
e ego sum apud te ꝛ peregri/
h nus: sicut oñes patres mei.

Al. †a me.
Al. †inquilin⁹.
Al. †incola.

i † Remitte mihi vt refrigerer:
k prius q̄ † abeā ꝛ āplius nō
l ero.
m

Q In finem psalmus dauid. XXXIX.
n e † Expectās expectā/

Al. †Dimitte me.
Al. †ea.
† Ps. 105.

similis multitudo excutere potuisset. Quia vo nō est homo qui nō peccet: ꝛ peccatū transilientem impedit: ideo in fine petit remissionē peccatorū: vt expedite ꝛ sine obstaculo pos/sit transilire. Unde dicit: i ¶ Remitte mihi/peccata mea: k ¶ Ut refrigerer. Peccata eñ ignis sunt: ꝛ incendunt ho minem. Ps. Incensa igni ꝛ suffossa. Al/ Remitte.i. iterū mitte gratiam cooperantem: Ut refrigerer/ab ęstu culpę ꝛ pęnę. Gratia eñ culpam fugat: ꝛ pęnam mitigat. Gratia quippe est ros/de quo Eccl.xliij.c. Medicina omniū in festinatione nebulę/obuians ros ab ardore venienti/humilem efficiet eum. Hęc nebula/est christi incarnatio: Ros/est spi/ritussancti gratia: Humilitas autē facit pęnam leuius porta/ri. Remitte vt refrigerer/dico/hic: quia post mortē non est remissio/neq̄ refrigerium: vt patet in diuite/qui nec gut/tam aquę potuit habere ad refrigerandā linguam suam. Et hoc est quod sequit: l ¶ Prius q̄ abeam.i.eam/a via hui⁹ vitę. m ¶ Et āplius nō ero: supple si sine remissiōe abiero/vel obiero. Ampli⁹ nō ero: qz male ero: ꝛ male eē non est esse. Uñ Eccl.xxviij.f. Nihili factus es: ꝛ nō eris in perpetuum: quia in pęna erunt tales socij diaboli: qui di/citur nō esse: quia male est. Job.xviij.c. Habitent in taber/naculo illius socij eius qui nō est.

Ps. 79.

Al. †Sustinui.

¶ Expositio Psalmi. XXXIX.

Expectans expectaui dominū ꝛc. Titulus. In finem psalmus dauid. Finis dicitur con/sumptionis: vt/finita est expensa. Item consūmati/onis: vt/finitus est liber.i.consūmatus. Sed finis consūma/tionis duplicit dicit: scilicet finis consūmans: ꝛ finis consū/matus. Finis consūmans/est iusticia in p̄senti/vel nouum testamentū: in q̄ iusticia docet: Finis consūmat⁹/eterna be/atitudo. Et est sensus tituli: Psalmus iste attribuitur dauid: id est christo/vel cuilibet membro ecclesię: dirigens nos in finem consūmantem/scz iusticiā: per quā venitur ad finē cō/sūmatum/scilicet beatitudinem. Uel in finem: id est nouum testamentum consūmans: in quo terminatur vetus. In he/breo habet: Pro victoria psalmus dauid. Q̄d bene huic quod hic habemus competit: quia per victoriam veni/tur ad finem. Intentione monet legentes: vt relictis figuris legis ꝛ superstitione idolatrię/ad nouum testamentum acce/dant. ¶ Modus. Bipertitus est psalmus. Primo ostendit ecclesiā expectasse christi incarnationē: ꝛ habuisse eā a chri/sto nouū testamentū: p q̄d multi securi sūt: p q̄d etiā repro/bant superstitiones: Inuitat etiā ad mirabilia dei. Secūdo exponit illa mirabilia: quę sunt incarnatio/iusticia p̄dica/tiōis/liberatio hominū ab iniquitatibus/p̄fusio inimicorū/ lęticia sperantiū: ibi: Annunciaui. Ecclesia ergo dicit in in psona antiquor: n ¶ Expectans expectaui dñm. Primo q̄ ostendit desiderū ecclię/cū dicit: Expectans.

Partitio psalmi.

* Secudo longanimitas

a ¶ Expectans expectaui dominū ꝛc. Moraliter di/cit quilibet contemptor temporaliū: Expectans expe/ctaui dominum. q.d. licet alij expectent quandoq̄: non tamen expectant dominum/sed alia. Unde notandum q̄ deus expectat hominem: ꝛ homo bonus expectat domi/

Moraliter

* nū: ꝛ mali